e-codices

differunt unitate · quasi uero sit & iam multiplici proportione · minimi eandem unitatis differentia sortiant
Cum plures uideantur · esse multiplices · preter eos qui in medietatibus collocati sunt · Inter quos medius terminus
sciendens aequaliter eandem proportionem possit aptari · Sed hec quia ribantiacos (?) numeros diligenter inspexe
rit · facilius intellegit · Addendum uero est id ita euenire ut archytas putat · in sola superparticulari proporti
one · Non autem uniuersaliter est dicendum · Nunc ad sequentia conuertamur · XI ·

IN QUA NUMERORUM PROPORTIONE SIT COMMA · ET QUONIAM IN EA QUAE MAIOR SIT
QUAM LXXV AD LXXIIII · MINOR QUAM LXXIIII AD LXXIII ·

illi duo numeri qui comma inter se continent
Primum igitur dico · quoniam hi numeri qui comma continent · maiorem inter se retinent proportionem ·
iste duo
quam LXXV ad LXXIIII · minorem quam LXXIIII ad LXXIII · Id uero ita demonstrabitur ·
· Hae primo quidem illud reminiscendum est · quod sex toni diapason commate transcendunt · Sit igitur
A quidem · CCLXII CXLIIII · B autem diapason ad eum continens consonantiam · In duplici scilicet
B
constituta D XXIIII CCLXXXVIII · C uero sex tonis ab A numero discedat · & sit DXXXI
CCCCXLI · quae omnia · ex secundi uoluminis tonorum dispositione sunt colligenda · Inter B igitur
atque C · commatis proportio continetur · Aufero igitur B · numerum de numero · C & relinquitur
D in VII CLIII unitatibus collocatur · Qui D numerus · minor quidem est quam sit septuagesima
tertia pars B · numeri · maior uero quam eiusdem septuagesima quarta sit · Nam si eundem
D numerum · qui est in VII CLIII · septuagies ter multiplicem · fit michi e numerus · in D XXII
C LXXXVIIII unitatibus constituitur · Si eum septuagies quater multiplicem · fit f numerus
II CXVIIII
D XXVIIII · CCCXXII · Quorum quidem e qui per septuaginta tres auctus est · minor est · B numero
LXXXIIII
f autem qui per LXXIIII · maior est B numero · Recte igitur dictum est · D eius quod est B minorem quidem
esse quam septuagesimam tertiam partem · maiorem uero quam septuagesimam quartam · Quocirca ·
& C numerus · B numerum minore quidem parte eius quod est B eundem · B superat
quam septuagesima tertia · maiore uero quam septuagesima quarta · Cuius igitur quod est C
proportio ad id quod est B · maior quidem est quam LXXV · Ad LXXIIII · minor uero quam LXXIIII
ad LXXIII · Nam in priore · unitas septuagesima quarta est minoris · In posteriore uero · eadem
unitas septuagesima tertia · CCLXII CXLIIII · D XXIIII · CCLXXXVIII · DXXXI · CCCCXLI ·
VII CLIII DXXI · C LXXXVIIII D XXVIIII CCCXXII ·

i septuagies · CCCCXC · VII ter · XXI ·
septuagies VII · C ter · CCC
septuagies · IIII D · L ter CL ·
I · septuagies CCX · III ter · VIIII
summa D XXII CLXVIIII ·

VII quater XXVIII
C quater CCCC
L quater CC
III · quater XII
summa D XXVIIII CCC XXII

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. 84 – Boetii geometria et musica
(http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/84)